



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. XXIII. Secundum Paradoxum imputatum Tamburino. Prima Pars hujus
Paradoxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Cap. XXIII. Secundum Paradoxum imput. 513

Quare non est hæc ab illo inventa, ut Baroni, dicit. Loquitur enim Tamburinus, quando quis sine animo iurandi iurat illud, quod est verum: nam quando est falsum, quia tunc decipitur proximus, ut sæpe diximus ex eodem, est illicitum, & in materia gravi est mortale contra iustitiam. Præterea, etiam in materia levi, & in quacunque materia si adhibeatur tale fictum iuramentum ad finem peccaminosum, seu ut medium ad firmandum peccatum etiam veniale, est peccatum grave contra Regionem, ut supra vidimus.

18. Hinc fit, ut si Baroni inveniisset, Tamburinum loqui de iurante falsum sine animo iurandi, recte dixisset id esse contra consensum omnium Doctorum: nam etiam est contra consensum ipsius Tamburini. Nunc vero cum ex principiis nostri Authoris modo dictis meo n. 9. & 10. non possit hæc doctrina intelligi, nisi de casu, quo iuratur res vera, nihil poterit contra ipsum asserti. Sed certe excuso Baroni in præsentia, siquidem verè difficile solet esse, principia Authorum in suis quæque locis dispersa inquirere, ut deinde ex ipsorum mente quæstio decidatur.

19. Porro ne tibi, Lector, sit molestum prædicta etiam cognoscere à Thoma Sanchez.

TH. SANCHEZ. At verius est, (ait lib. 3. in Decal. cap. 6. num. 10.) quod sic distinguit Valentia. Si iurans (sine animo iurandi) dicit verum, tunc solum peccat venialiter, quando vult significare se habere iurandi animum, quia est mendacium, & non perniciosum, ut bene Doctores præcitant; secus si id significare nolit, sed quoddam aliud disparatum, ut mox dicemus. Tunc enim Nulla Culpa est. Si autem iurat falsum, velique illa externa iuramenti verba referre ad materiam falsam, confirmando illa in eo externo iuramento, est mortale, ut probat ratio num. 8. adducta, & concordant omnes DD. num. præced. relati, & citati num. 8. Si autem interiori animo nolit illa ad materiam falsam referri, nec potest ob aliquas rei circumstantias rationabiliter ab aliis putari id velle, ut inde scandalizetur; sed tantum iure suo utens, usurpat ea verba, ad significandum aliquid aliud interius conceptum, quod verum sit, vel usurpat ea tantum materialiter, nil per illa confirmare volens, non peccat mortaliter, nec applicat iuramentum indebita materia. Imò ego credo, nec hunc venialiter peccare, quia nullum est mendacium, & cognitio causa iusta nisi ea equivocacione, & consuevit magis ex statim dicendis à num. 15. Atque idem fatetur Sotus num. præced. allegatus, quando iniuste coactus usurparet ea verba materialiter: tunc enim non peccaret, ut si ita responderet; Ego iuro, vel dico; Deus est mihi testis; secus (ait Sotus) si diceret. Dico, quia Deus est mihi testis; quia tunc, ait, capit verba formaliter. Sed existimo, parius id pendere ex intentione dicentis, quippe posset hunc quoque dicendi modum capere solum materialiter, vel ad aliquid aliud significandum, ut proxime diximus ex Val. Hæc Sanchez.

20. Notas, quantum faveat nobis tuus idem Sotus? Verum hæc dicta sufficiant ad ostendendum, hanc non esse sententiam adeo novam, ut singulare inventum, vel Paradoxon appellari mereatur.

CAPVT XXIII.

Secundum Paradoxum imputatum Tamburino.

Prima Pars huius Paradoxi.

De Reo non respondente ad mentem Iudicis non certo legitimi

1. VT secundum Paradoxum loco citato. efformet, tria dicit Baroni. Primo rediens ad tenuissimam illam probabilitatem à se toties frustra decanta-

tam, ex hac deduci ait, multa incommoda, posita illa alia Tamburini doctrina, quæ assumat posse reum interrogatum à Iudice, non tamen omnino certus, an legitimus sit, ad eius Iudicis mentem non respondere. Secundo, impugnatur eundem dicentem, posse idem, etiam constante competentia legitima Iudicis interrogantis. Tertio, reprehendit eundem, quasi sibi contradicentem.

2. Incipiamus à primo dicto, utque id bene intelligatur, ponamus in forma Syllogistica Baroni ratiocinationem l. c. §. 3. fol. 93.

BARON. Quando habeo tenuissimam probabilitatem, non pecco, operando secundum illam.

Sed ex quacunque incertitudine de incompetencia Iudicis habeo probabilitatem tenuissimam, quia semper, vel sæpius ad sunt aliqua fundamenta huiusmodi incertitudinis. Ergo habens quacunque incertitudinem, non pecco secundum illam, & consequenter possum sine peccato, ad mentem Iudicis non respondere.

3. Huic argumento sic facile responderetur ex germana doctrina Tamburini, sicuti responsum est supra in simili cap. 20. à num. meo 3.

Quando habeo tenuissimam opinionem, non pecco, operando secundum illam. Distinguo maiorem. Si hæc tenuissima opinio obscuratur à parte opposita, sicuti obscuratur parva lux à magna, concedo maiorem, si obscuratur, nego maiorem.

Sed ex quacunque incertitudine de incompetencia Iudicis habeo probabilitatem tenuissimam, me non obligat ad mentem Iudicis respondere: distingo item maiorem. Si hæc probabilitas obscuratur à contraria parte, id certe in casu nostro obscuratur, quia levia fundamenta, quæ solum incertitudinem parant, satis absorbentur à possibilibus, in qua est iudex, & à similibus circumstantiis, nego maiorem. Si non obscuratur, quod posset evenire in alio casu diverso ab eo, qui proponitur, concedo maiorem.

Ergo habens quacunque incertitudinem non peccabo, &c. Nego consequentiam.

4. Perperam igitur Baroni absolvere imponit hinc Tamburino, quasi dicenti, satis esse ad non respondendum menti Iudicis, quod habeatur tenuissima probabilitas, multo minus, quod adsit incertitudo. Hæc enim tenuissima probabilitas, & hæc incertitudo non est vera probabilitas ex doctrina Tamburini. Vnde non rectè per artificiosum Epiphonema sic concludit impugnator ibidem.

5. BARON. Tanti momenti est apud Tamburinum equivocandi libertas, ut illius libertatis servanda causa, eludi, & perverti possit quacunque Iudicaria potestas, quantumlibet probabilis & recepta, si aliquod dubium subsit oppositæ sententiæ, quæ faveat reo, vel tenuissimam probabilitatem asserat.

6. Non rectè inquam, concludit. Nam ubinam ex ipsius doctrina colligit, receptam potestatem Iudicariam, & quantumlibet probabilem posse tam facile eludi, cum Tamburinus plurimi semper fecerit circumstantiam possessionis? Hanc enim credo à te significati per illud (receptam potestatem) quasi dicas per receptam possessionem Iudicariæ potestatis. Addis, satis esse tenuissimam probabilitatem. Addis, satis esse dubium oppositæ sententiæ faventis reo. Quæ omnia debebant distingui sub illa necessaria pensitatione, an deiciantur, seu obscurantur ab opposita parte. Sed non est hic omitendum legere quanti ponderis sit apud præceptorem meum dicta possessio.

7. TAMBURINUS. Num. 12. Dixi autem (ait lib. 1. in Decal. cap. 3. §. 1. n. 12.) (nisi quid aliunde obstat) ut signare notarem, hanc limitationem, seu exceptionem semper præ oculis habendam esse, antequam decernatur, non aliquid sit solum remote probabile, à quo non possumus licite dirigi ad actiones peragendas, an etiam proximè, seu practice, à quo possumus. Nam si adest aliqua lex, vel consuetudo disponens de contrario, vel pactum, vel circumstantia urget aliqua, una tantum pars excipi tuto valeret. Exemplo

res explicabitur. Si Paulus illam inuentam crumenam supra dictam, pacifice possideret, non posset quis eam ab ipso tollere, & dare Petro, aequalibus testibus vallato, quia tunc obstat aliquid: obstat enim illa lex definens, (quod in pari causa melior est conditio possidentis) & sic, quamvis verum sit, stante aequali probabilitate facti pro duobus, posset alterutri rem arribui; at si alter inveniatur habere rei possessionem, non erit amplius probabile, id est non erit practice, seu proxime probabile, posse dari alterutri; sed possidens debet omnino illam possidere, ac retinere, Ita Suar. Thom. Sanchez d. 44. num. 58. & d. 33. num. 29.

¶ Ut notationem huius numeri adeo necessariam alius menti figamus, afframus alia exempla, quae illam, qua magis explicent, qua confirmant, & quae sequuntur. Haftenus ille.

8. Ex huiusmodi principio, quod in dubio debeat praevalere is, qui est in possessione: resolvit Tamburinus, quid sit docendum in puncto de Reo, in dubio loquitur non in probabilitate. De hac enim iam datae sunt in superioribus suae Regulae. Quod autem in loco hoc de dubio sermonem faciat, ecce lib. 1. in Decal. cap. 3. § 3. ver. Reus & Testis.

9. T A M B. Dubitant hi, an legitime interrogentur à Iudice, obliganturne ad eius mentem respondere? Supponimus hic, obligari hos legitimo Iudici parere. Nam ceterum infra lib. 2. c. 4. § 3. de tota hac re benignius disputabitur.

Respondeo, non obligari, etiam si Iudex precipiat sub poena excommunicationis. Ita Fagundes in decal. praec. 2. l. 2. cap. 11. n. 18. Delugo de Inst. tom. 2. d. 40. sect. 1. num. 3. Sanchez in Decal. l. 6. cap. 3. n. 13. & in conf. l. 6. cap. 3. dub. 31. Balqual. dec. 129. Ratio est, quia reus, & testis sunt in possessione suae libertatis velendi aequocare ex causa, ergo ab hac non possunt deturbari propter dubium legitime interrogationis. Causa autem hic semper intervenit, quia semper ipsi possunt velle custodire suum Ius, cui possunt non aperire veritatem, cui ex certa, & manifesta obligatione non debeant.

10. Scio quosdam nostram responsionem admittente, si timeatur à reo, vel teste magnus malum, non vero exiguum, quale esset modicam pecuniam amittere, &c. Sed hoc qui non possum, quia praedicta possessio libertatis in reo, & teste aequè praevalet, siue grave, siue leve damnum timeatur. Lege Divinam p. 3. tit. 5. scilicet 106. qui sine distinctione universaliter nostram sententiam amplectitur. Unde colligit, quando superior inquit generaliter super aliquo notorio delicto, cuius author nescitur, posse re vocatum ad testificandum aequocare, si dubites, num infamia, vel indicia sint contra delinquentem, licet verè delinquentem scias. Nec contrarium docent Sanchez, & Delugo, ut quidam putant. Audi Delugo l. c. num. 6. Regulam hanc (inquit non procedere admonet Sanchez num. 3. & 4. in rebus levioribus, ubi leve sequitur periculum; & in quibus, si certo constat, Iudicem esse virum probum & peritum, tam reus, quam testis debent in dubio respondere, & manifestare veritatem. Tantum Delugo ex Sanchez, vides? tunc solum obstringunt hi Doctores reum, & testem, cum Iudex prius est, & peritus, sane quia propter has circumstantias praesumendus est Iudex certo legitime interrogare, ergo iam non sumus in casu dubio. Quare si verè perseverat, omnibus pensatis eiusmodi dubium, nunquam hi Doctores videntur nostram Responsionem in levi damno limitasse, solum alienanda ex peritia, & pietate Iudicis, legitimam, certo esse interrogationem, collegerunt.

Illud nihilominus advenendum est, quando periclitaretur bonum commune, vel innocentis grave damnum, te interrogatum à iudice debere ad eius mentem in similibus dubiis respondere, si solum tibi subsit leve periculum, quia pugnavit hic tua libertas, & bonum grave innocentis, at bono communi semper tuum bonum peculiare est postponendum, & bonum grave innocentis tuo levi damno iuxta vulgares leges charitatis. Hac Tamburinus.

11. Ex illis clausulis (scilicet Iudicem esse primum & probum, Quando periclitaretur bonum commune, Quando innocentis grave damnum. Q. i. pugnavit hic tua libertas, & bonum grave innocentis, colligimus causae solide discurret Tamburinus.

Secunda Pars.

De Reo non respondente ad interrogationem, quamvis legitimam, Iudicii.

12. In hac secunda Paradoxi parte de duobus instituitur Tamburinus. Primum quod concedat reus ad illas spes vitae, posse, licet aequocando, non respondere Iudici quamvis legitime interroganti. Secundo, quod idem concedat, tamen si vitae scilicet non addi.

Quoad primum, antequam respondeam, necesse est, hic referbere germanam Tamburini doctrinam, quae est huiusmodi.

13. T A M B. Iam si legitime est Iudex (ait l. 3. in Dec. cap. 4. § 3.) legitimeque per semipolem probationem interroget; unde reus ex nullo capite ex his excusari videtur à fatenda veritate, celebri questione ex animo, an ob periculum vitae, quod, sincerè respondendo, subit, possit excusari, atque adeo ipsi negare veritatem cum aequocatum, liceat?

14. Non excusandum, quamvis imminet vitae discrimen, docet Sanchez, in conf. tom. 2. l. 6. cap. 34. dub. 13. & dub. 33. S. Thom. Sylv. Navar. Sotus, & y. ut permittit quid eundem, & apud Ioan. Sanchez, in lesi. mor. cit. praefinit antiquiores. Ratio potissima est, quia iur per totam solita potissima est obedientia, qua tenetur quis obedire superioribus, in se, & legitime praecipientibus. Sed iam supponimus, legitime praecipere, idque iam noscere reum; unde ergo excusari poterit à parendo? Adde, non vulgare Risp. detrimentum fore, si talis obligatio fatendi criminis patitur; possit enim, hac impunitatis spe, praesumere maleficia.

15. Duo tamen hi Doctores notant; alterum est ad hoc, ut reus teneatur, sine aequocato respondere, de reo loquimur, non de teste, de quo alia est ratio valde, si placet apud cit. Delugo de J. st. tom. 2. d. 40. sect. 1. n. 6. & d. 39. sect. 2. num. 14. Thom. Sanchez, in conf. tom. 2. l. 6. cap. 3. d. 56. requirit prius, infamiam, vel indicia contra ipsum esse legitime probata in processu, saltem per semipolem probationem, quia in se dubio facit reus testis illius de visu, & item requirit, ut id totum ipsi reus iustificatum. Ratio est, inquit Sanchez in conf. l. 6. cap. 34. quia secus potest reputare reus, suum crimen esse occultum, & sic excusari à fatenda veritate; & quia (inquit Sotus apud Sanchez, l. c.) sicut nemo teneatur ante promulgationem legis, legi obedire; ita nec teneatur Iudici, antequam iustificatus se iuridice interrogare.

16. Alterum est, si forte quis veritatem Iudici occultet, non obligari ad se coram Iudice retractandum, siue sit absolutus siue damnatus, siue alius indicium pendens, siue non. Sic Sanchez, in Decal. lib. 3. de Iur. c. 7. n. 3. Ratio potissima est, quia esto, regendo, suum crimen, praedicti contra obedientiam, tamen huic crimini satis medietur, si de illo rite doceat, &c.

17. Sec. iam alij recentiores ut Delugo l. c. n. 15. Ita Sanchez, in Sol. d. 43. à n. 23. cum Doctores viginti duobus, post accuratam discussionem, advenientes, omnesque supra naturae res difficile, reum obligare ad inferendum testimonium capite contra seipsum, docet potissimum esse, & ratum, reum minime obligari ad fatendum suum crimen, unde tantum malum sibi parari, quod, potissima ratio illa mihi videtur, quia nemo obligatus est concurrere ad se ipsum occidendum, cum sit de iure natura, non solum vitam sibi tueri, sed etiam ad mortem suam, quantum quis potest, non concurrere. Adde, si delictum commune, rem multo difficilem reperiari meritis reprobabilem, ad quam praecipendam nulla poenae laetitia

Cap. XIII. Secundum Paradoxum impur. 515

extendi possi. At præceptum de dicenda hac veritate, quod nunc tradit reo Iudex, bonum est, & positivum, ergo non se extendit ad rem tam difficilem; qualis est ea confessio, quæ reo mortem parat.

18. Hinc solvitur ratio adversariorum num. 3. allata. In re enim tam ardua Iudex, superior non est. Quod si solum cogere, id est, quia sequitur contrariam opinionem, quæ saltem ob autoritatem Doctorum probabilis est. Ita Ioan. Sanch. in sel. d. 43. n. 14.

19. Ad id, quod additur, negandum est, periclitari bonum Reip. alia enim via, nempe inquirendo testes, & inquirendo timorem tortura reo, ut fateatur, potest se tueri Respublica sine necessitate obligandi reum sub mortali; Et certe patet experientia, nihil adhuc profuisse timorem peccati per tot annos, in quibus opinio prior passim evulgabatur, de qua testatur Delugo tom. 2. de Iust. d. 40. sect. 1. num. 6. Quousque enim fuit ille, qui ob eiusmodi peccati timorem suum crimen aperuit? Adde non esse certum, quod ego pro bono communi, ad quod non teneor ex stipendio, seu ex iustitia, obligor mortem subire. De qua re alibi, Interim lege Ioan. Sanch. in sel. d. 43. n. 41. Hactenus Tamburinus.

20. Advertisti, Lector, hanc sententiam in eo casu, quo spes affulget evadendi vitam, excipi à Delugo Eminentissimo aequè ac Sapientissimo Theologo; & à Ioan. item Sanch. cum viginti duobus alijs? Quia igitur de causa Baronius in unum Tamburinum, tanquam in obiectum sibi scopum, suas insimulationes contorquet? & cur hanc sententiam inter paradoxa numerat, hoc est inter dicta ultra opinionem, quam tamen, tot Auctores, non spernendis suffulti rationibus, opinantur? Dixisset, hanc sententiam ab ipso existimari improbabilem, vel minime veram vel quid simile; nam tunc profecto non ostendisset se à livore contra Theophilum, cuiusque causa, contra Tamburinum innocentem inardescere: Et vide veritatem impugnantis: sic addit ibid. fol. 54.

21. BARON. his recentioribus ita mordicus Tamburinus adhaeret, ut antiquiorum sententia nullam intrinsecam, sed solum extrinsecam probabilitatem concedat ab autoritate Doctorum, &c.

22. Sic ille; ille, inquam, ex suis consuetis somniis. Nam Tamburinus assert quidem huius sententiae autoritatem extrinsecam, sed exprimit eam disertissime rationes intrinsecas. Oro te, Lector, ut iterum legas, quæ modo legisti num. 14. meo.

23. TAM. Nam excusandum (ait l. c. n. 3.) quamvis imminet discrimen, docet Sanch. S. Thom. Sylv. Navar. Sor. & alij permulti apud eundem, & apud Ioan. Sanch. præsertim antiquiores. Ratio potissima est; quia inter partes iniustitia potissima est obedientia, qua tenetur quæ obediendi Superioribus iuste, & legitime præcipientibus. Sed iam supponimus, legitime præcipere, idque iam noscere reum: unde ergo excusari poterit à parendo? Adde non vulgare Reip. derivamentum fore si talis obligatio fatendi crimina, negatur: passim enim, hac impunitatis spe, grassarentur maleficia.

24. Hæ, Deus bone, non sunt rationes intrinsecæ? Abi ergo, oro te, Baroni, in ultimas insulas, ibique tuas fabellas enarra.

25. Illos multos Doctores, video te Lector, velle cognoscere. Sanè libenter producam, ut scilicet sententiam hanc magis confirmem, & clarè ostendam, illam nimis immerito fuisse vocatam Paradoxon. Sic ergo scribit Delugo.

26. DELUGO. Dubitatur sextò, (ait T. 1. de Iust. d. 4. num. 14.) an semper, quoties præcedit probatio semiplena, vel iuridice interrogatur, teneatur reus rogatus fateri veritatem contra se. Hæc est questio celeberrima, & necessaria ad praxim quotidianam; oportet enim omnino scire, quomodo Confessarius se debeat gerere cum eiusmodi patientibus.

Communis sententia docet, teneri semper reum legitime interrogatum fateri veritatem, etiam si propter eam, morte

plectendus esset. Hæc docet D. Thom. in præsent. q. 29. art. 1. Caiet. Henr. Palud. & alij. Sor. Navar. Covarr. & alij, quos affert, & sequitur. Lessius cap. 3. n. 12. Tol. 1. 5. c. 58. Malder. in præsent. tr. 6. c. 3. dub. 1. & alij innumeri, quos congerit, & sequitur Sanch. d. c. 3. du. 23.

27. Secunda sententia negat, illam obligationem esse adeo universalem. Excipiuntur autem ab aliquibus varij casus. Primus est, si timeatur sententia mortis. Secundus, si dammandus esset reus ad trirèmes. Tertius, si confiscanda omnia bona. Quartus, si periclitaretur in bono, & in alijs casibus similibus. Hanc sententiam tenet Navar. l. 2. de rest. d. 4. n. 137. & seq. ubi refert Panorm. Sylvest. Ang. Armill. & alios.

28. Eandem sequitur Eman. Rod. in sum. tr. de ord. Iudic. cap. 10. num. 1. ubi citatur Salzedo in pract. crim. ap. 46. pag. 431. eamque dicit probabilem Vega in pr. & lib. 5. cap. 421. & Less. ubi supra n. 16. S. ver. Malder. ubi sup. Suarez etiam consultus ann. 1596. eam dicit probabilem, sicut & P. Salas, P. Henriquez cum alijs Theologis; ut testatur idem Salas in schedula propria manu subscripta, quam apud me habeo. Unde excessit Turrianus in præsent. disput. 10. dub. 2. n. 7. & in select. cent. 1. de cens. Theol. dub. 75. dum hanc sententiam improbabilem omnino esse affirmat, & non habere pro se nisi tres, aut quatuor Summistæ, quorum in hac re nulla autoritas est: Sed certe ex recentioribus tot iam eam probabilem dicunt, ut ipsi dampnati etiam antiquioribus sufficerent. Villalob. in sum. to. 2. tr. 16. diff. 1. n. 10. Filluc. tr. 4. n. 166. Fagund. ubi sup. c. 31. num. 11. & seq. Alcocer. in sum. c. 16. §. 2. & Reginald. in praxi tom. 2. l. 24. c. 3. sect. 3. n. 3. Portel. in dub. reg. tit. Correctio Præsum. v. Reus n. 43. Peyrin. de religiolo subditio t. 1. q. 1. c. 16. Dian. tom. 1. Miscell. refol. 27. Ioannes Sanchez in selectis dub. 43. n. 29. & seqq.

29. Prima sententia probabilissima est, maxime accedente communi autoritate: Secunda tamen est valde probabilis, & in praxi omnino secuta, præsertim in causis capitalibus. Debet autem intelligi, quando reus sperat posse, negando, fugere condemnationem; alioquin negatio erit omnino inutilis. Probatur hæc sententia, &c. Hactenus Delugo.

30. Atque hæc, quoad prius, quando spes allucet effugiendi mortem. Quid quoad posterius, quando spes eiusmodi non apparet? De hoc sic habet noster Auctor.

TAM. Num. 7. Dilectam hactenus à nobis (ait l. c. num. 7. allatam, limitant citati Doctores, asserendo, posse à reo negari sub equivocatione crimen, modo aliqua tandem eluceat spes effugiendi mortem; secus enim negatio, aiunt, esset inutilis, si ipse nihilominus convictus esset, & certo dammandus. Sed vero cerse, etiam nulla elucens spe, saltem à mortali est etiam eiusmodi reum excusandum (excipio cum Sanch. in Decal. l. 3. c. 7. n. 17. casum hæresis; convictus enim de illa, fateri debet, ne negativus hæreticus cum scandalo panæp. subeat. (Ratio, quæ me movet est, quia ex una parte de iure natura est, hominem non posse construngi ad concurrendum ad mortem suam, & ex alia parte ad summum in hoc casu offendiur, si tamen offenditur potestas Superioris in re legi. Si enim reus iam convictus est, certoque plectendus, nihil addet confessio rei, quantum ad punitionem criminis, de qua est sermo; cum Index sit ad dammandum satis instructus. In qua igitur re gravi offenderetur potestas Ipsius?

31. Sed certe notat Sanch. l. 3. in Decal. cap. 7. n. 11. Indices reum interrogantes, non solere statim casu probationisque illi aperire, & porundam sententia, quod id, ad legitime interrogandum, non requiratur. Cum igitur reus statim sua causa ignoret, semper præsumere poterit, fore spem effugij, si ipse crimen non fateatur; & sic semper in praxi etiam in adversariorum sententia posset veritatem occultare.

32. Denique quod dictum est de periculo vitæ, extenditur communiter ad quodcumque malum grave, puta exilium, honorum amissionem, trirèmes, gravem infamiam

miam, &c. Ita Delugo l.c. num. 15. ad h^c enim tam gratia mala perinde, ac ad mortem avertam, ins natura nos armat, imò nos urget.

33. Quid de malo levi? precipiat mihi superior, ut faciar, an dixerim mendacium iocum, an sim furatus obolum, an silentium in Religione fregim, ex qua confesso, ne mihi non nisi malum leve accidere possit? vel precipiat, ut faciar homicidium, furtum grave, &c. ex cuius confessione certus sum (ita suppono) solum malum leve me incursum, si negem cum equivocatione quoddam peccatum committam?

34. Respondendo. A mortali fortasse excusandus es; quamvis contrarius sit Delugo tom. 2. de iust. d. 40. l. c. 1. num. 16. fine. Ratio esse potest, quia vel de iure natura videtur esse, ut ne leve quidem vulnus mihi ipsi infligam; vel, quia, si agitur de pena levi infligenda, videtur & leve, & non rigorosum superioris praeceptum; vel, quia ex negatione talis veritatis non oritur grave malum Reip. si solum levis pena sit imponenda. Hic tamen excipio, nisi alias bonum commune alter postulet; vel nisi sic deberet adverti malum grave impendens Tertio; tunc enim charitas exigit, ut in meo levi malo bonum grave Reip. vel proximi proponatur. Haecenus Tamburinus.

35. Non me cavere possum, quin cautiones has reprobam, (saltem a mortali excusandum, excipio haereticum, non offenditur potestas publica in re gravi. Quod praxim semper reus potest presumere spem effugii), &c. nam in de manifestum sit quam mutilare referantur dicta Tamburini, ut his offit facile ab ignorantibus accutari; at certe non à sapientibus.

Tertia Pars.

In qua dicitur Tamburinus non sibi constans.

36. BARON. Sic habet l.c. §. 3. fol. 95.

Hec duo docet Tamburinus. De iure natura est, ne leve mihi vulnus infligam. Et de tormentis, damnaque gratia vitanda, potest quilibet sibi falsum crimen imponere, etiam si mors sit inde secutura. Haec duo non conveniunt. Si enim ius natura obstat, ne quis sibi vulnus infligat, quia ratione patitur, ut quis se interimat mendacio.

37. Sed nimis obvia est mihi responsio: hanc enim secundam partem docet quidem meus Thomas; sed primam non docet certo, sed sub verbo dubitandi. Deinde Tamburinus non dicit, ius natura obstat, ne quis sibi leve vulnus infligat, sed, de iure natura videtur, ne leve quidem vulnus mihi ipsi infligam. Quae duo sunt longè diversa; nam ex primo sequeretur, peccare in omni casu sibi vulnus leve infligentem, quod falsum est: digitum enim v.g. licet vulnere, imò abscindere totum brachium marcescat. At ex secundo sequitur tantum, quod ex iure natura me possim defendere à levi vulnere, non quod omnino debeam. Simile quid dicimus, de iure natura esse matrimonium. Non enim sic hominem ad matrimonium obligamus, sed solum ostendimus, eius iuris esse, ut matrimonium inire possit. Præterea non dicit Tamburinus (se mendacio posse interimere) sed cum equivocatione, quod certe mendacium non est. Et item non dicit (se interimere) sed per dictam equivocationem se liberare posse à tormentis gravibus, esto deinde per accidens sequatur mors, à se non intenta, sicuti infinitus potest recusa remedicinam, v.g. sectionem difficillimam, quia (ut alibi dicitur, & notavit Ioan. Saneius supra cap. 17. num. meo 6. allatus) vita non est digna, ut cum tanto dolore conservetur.

Quare falsum est, duo Tamburini dicta sibi non convenire, conveniunt enim maximè. Eius enim dicta hæc duo sunt. Natura concedit, ut ego possim me tueri à vulnere levi, Natura patitur, seu concedit, ut ego per equivocationem fugiam tormenta gravia, esto indirectè sequatur mors, à me nequaquam intenta, nec à me mihi data. Vbi nam vel umbra hic est discordiæ?

Cum hæc igitur sit vera Tamburini doctrina, quæ veritate illum contra se pugnantem confregit?

38. Advocatus quidam (narrat Iacobus Mussinus in arte argutiarum fol. mihi 300) in saeculo plerumque causatum in iudicio victor, postquam Religiosum quendam subisset ac pro Monasterio lites propugnaret, videtur tunc amittere, Non audet (respondit) mentiri, ut non longe distet ipse consideret. Distat enim ab eo, non studio Parafanga, quæ apud Perfas intervallum est XXX. stadiorum ut ipse supra cap. 21. num. 11. meo dicit de Tamb. sed plus quam schecno, quæ est LX.

39. Hic præterea non omitam id, quod ceteris Baronius, is enim prædictam primam partem his verbis, & ieiune refert & quasi ut certo à Tamburino dictam, de iure natura est, ne leve mihi vulnus infligam, alias autem rationes à longè salutat.

40. At Tamburinus illam sub adverbio dubitandi (fortasse) id est sub incertitudine affert ut modo inveni, nec cuiusmodi sententiam munit sola ratione ducta ex iure natura, sed aliis; & denique nonnullas limitationes admodum linientes adiungit, quæ omnia pro suo instituto prudenter silentio nostri impugnatore obvolvunt. Legat iterum Anagnosis germaniam Tamburini doctrinam lib. 3. cap. 4. §. 3. n. 10.

41. TAMBU. Quid de malo levi, v.g. precipiat mihi superior, ut faciar, an dixerim mendacium iocum? An sim furatus obolum? An silentium in Religione fregim? ex qua confessione mihi, non nisi malum leve, accidere possit? vel precipiat, ut faciar homicidium, furtum grave, &c. ex cuius confessione certus sum (ita suppono) solum malum leve me incursum, si negem cum equivocatione, quoddam peccatum committam?

42. Respondendo à mortali fortasse excusandus es, quamvis contrarius sit Delugo, T. 2. de iust. d. 40. l. c. 1. num. 16. fine. Ratio esse potest, vel quia de iure natura videtur esse, ut ne leve quidem vulnus mihi ipsi infligam; vel, quia, si agitur de pena levi infligenda, videtur & leve, & non rigorosum superioris praeceptum; vel, quia ex negatione talis veritatis non oritur grave malum Reip. si solum levis pena sit imponenda.

43. Hic tamen excipio, nisi alias bonum commune aliter postulet, vel nisi sic deberet adverti malum grave impendens Tertio, tunc enim Charitas exigit, ut in meo levi malo bonum grave Reip. vel proximi proponatur. Ita Tamburinus.

Animadvertis, Quoties Baronius infideliter agitur semel in hunc errorem prolapsus esset, illum benignè excusarem; primus enim lapsus, vel casus importunus, vel imprudentiæ, at quia iteratus, stultitiæ duci solet, aut incitiæ, non possum non meminisse illius huius carminis.

Et Citharæ

Ridetur, chorda qui semper oberrat cadem.

CAPVT XXIV.

Tertium Paradoxum.

De infligante iurare falsum, quod intans verum putat.

1. Tertium hoc Paradoxum sic evulgat Baronius, maiore, quam Sybaristæ falsum prætulit gubem. BARON. ibid. fol. 95. Superiora Paradoxa videmus posteriora vincere, & angevi. Refert idem Author (Tamburinus lib. 3. c. 1.) quæstium, an liceret ad falsam iuramentum adducere testem, qui bono animo rem paratam, sed auctori ad iurandum, compertum est, esse falsam.